

Band I., Nr. 195, Seite 228-229

König Otto III. verleiht dem Bischof Hildebold von Worms den Königsbann über einen genannten Waldbezirk in der Umgegend von Wimpfen und Neckarbischofsheim.

Frankfurt, 988. Januar 1.¹

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto, divina favente clementia rex. Quidquid pro divino amore ecclesiis dei concedimus et donamus, id procul dubio ad praesentem et futuram vitam nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, tam praesentium quam et futurorum, sciat industria, qualiter nos ob interventum dilectae genitricis nostrae, Theophanu videlicet imperatricis augustae, nec non et petitionem fidelium nostrorum Willigisi, Moguntinae sedis venerandi archipraesulis, et dilecti nepotis atque aequivoci nostri Ottonis ducis, fideli nostro Hiliboldo, Wormatensis ecclesiae venerabili episcopo, pro eo quod nobis devoto animo saepius servivit, concessimus regium bannum in silvis circa Winpinam civitatem et villam Biscovesheim sitis, quas ille cum nostra licentia et auctoritate, nec non et voluntate et assensu bonorum militum in circuitu habitantium noviter inforestavit, a loco Gemundi, ubi Elizinza fluvius influit Neckaro fluvio, et inde sursum Elizinza usque villam Cimbera, indeque usque Gemundi. Item inde usque villam Sueijgerin, et inde usque villam quam dicunt Mihelingarda², et deorsum ipsum fluvium Garda in Neckarem fluvium, et sic deorsum ipsum fluvium Neckarum usque Gemundi, ubi praedicta Elisenza Neckaro influit. Ea videlicet ratione praedicta sylvarum spatia concedimus nostra regia potestate a praefato Hildebaldo episcopo in forestum redigi, ut nulla dehinc persona, parva sive magna, aliquam feram vel bestiam ibi venari vel capere aut insequi praesumat, sine licentia superius jam dicti episcopi sive successorum ejus; et si hoc agere, quod absit, praesumpserit, quem regio fisco solvere debuit regium bannum et pacem, adhuc in carne viventi episcopo suisque successoribus invitus persolvat, et bannus ac pax, sicut aliis forestibus a regibus vel

¹Der Abdruck in den MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 2: Die Urkunden Otto II. und Otto III., hrsg. Von Theodor Sickel, Hannover 1888-93 und das Regest in den JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 2: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Herrschern aus dem sächsischen Hause 919-1024, nach Johann Friedrich Böhmer neu bearb. von Emil von Ottenthal, 5 Bde., Innsbruck bzw. Graz und Köln 1893-1998, und Bd berücksichtigen die Tagesangabe einer anderen Abschrift, die zu dem sonst bekannten Aufenthaltsort des Königs stimmt, und datieren entsprechend auf 988 Mai 1.

²Großgartach, Leingarten, HN.

II

imperatoribus iam concessum est, sub perpetuo iure ecclesiae Wormatiensis et episcoporum ei praesidentium consistat. Et ut haec nostrae concessionis donatio per futura temporum curricula firma permaneat, huius praeceptionis tenorem inde conscriptum sigillo nostro signare iussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recognovi.

Data kalendis Ianuarii, anno dominicae incarnationis DCCCCLXXXVIII., indictione I., anno autem tertii Ottonis regnantis V. Actum Franconofurt feliciter. Amen.

—

Die Abschrift in dem, im StA Darmstadt befindlichen Kopialbuch vom Anfang des 15. Jahrhunderts des Domstifts Worms, fol. 270, die in Ermanglung des Originals verglichen wurde, lieferte keine erhebliche Abweichung zu dem nach Schannat: *Historia episcopatus Wormatiensis*, Bd. 2, S. 25, Nr. 31, abgedruckten Text.

Nachträglich konnte das Wormser Kopialbuch aus der Mitte des 12. Jahrhunderts, fol. 22, in der Königlichen Bibliothek in Hannover, unmittelbar verglichen werden. Von den Leseverschiedenheiten, die sich aus dem Vergleich ergaben, verdient wohl nur bemerkt zu werden, dass dort statt *Hiliboldo* und *Hildebald* des Abdrucks beidemal gleichmäßig *Hildiboldo* steht.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Darmstadt

Signatur/Titel des Originals:

C 1 A Nr. 156, fol. 305 r/v

Editionen:

Schannat: *Historia episcopatus Wormatiensis*, Bd. 2, S. 25, Nr. 31.
MGH DD O II / III, S. 443 f., Nr. 43.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 2, Bd. 3, S. 484, Nr. 1002.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Frankfurt

Ortsindex:

Frankfurt am Main, F
Großgartach Wohnplatz (2040)
Großgartach, Leingarten, HN
Neckarbischofsheim Wohnplatz (6426)
Neckarbischofsheim, HD
Neckargemünd Wohnplatz (6437)
Neckargemünd, HD
Neckarzimmern Wohnplatz (6133)
Neckarzimmern, MOS
Schwaigern Wohnplatz (2195)
Schwaigern, HN
Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN
Worms, WO